APOLOGIA AD OSTENDENDAM VERITATEM, ET AD *probandum, quod vitellus ovi, cum oleo rosaceo, est medicamentum verè pus movens, & totum conquaßatum convenit vlseribus.*

SAPIENTISSIMI, Atque clarissimi Doctores, gloria, & decus Apollinix facultatis, condolens vnius tractatus, qui ad manus meas prævenit Francisci Fragosi, huius civitatis Hispalensis chirurgi, adeò noti, qui volens veritatem obscurare, scripsit supra curationē vnius herniæ aquosse, & materiæ digestivorū; & ita vt veritas elucescat, calamus meus non gracili stilo, sed clariori modo quo potuero, illud quod est quasi emortuum ad hunc seculum reducam: & erit supra eundem tractatum, & suppositum quod accepit prædictus Fragosus, & ideo vos obsecro, vt benevolos reddatis ad hunc quam brevissimum tractatum, quamvis sum alumnus ex tertio anno medicinæ, possum si ista rudimenta vobis placent, maiora scribere, & ideo parvum istum leonē ab vnguibus cognoscetis, & ex minoribus si manum mihi dederitis ascendam ad maiora. valete.

ANtequam aliquis Dux ad prælium descēdat, præcipit suos castra, castramettrari, &c. Et etiam quę tractanda sunt proponā, aliter esset frustra consummere tēpus, quia volat irreparabile, vt constat ex istis tam notis Ovidianis versiculis, in libro de tristibus.

Tempora labuntur, tacitisque senecimus annis.
Efugiunt freno, non remorante dies.

Et sic adimplentur promissa, non tractando de causis, signis, & prognosticis herniarum aquossarum: quamvis in curatione non transcam, quin aliquantulum immorē, non tractando ex professo, sed per modum transeuntis, & consequenter, non rimuar in varietate nominum; quia pertinent ad quæstionem de nomine, & quæstio de nomine nil ad rem; insuper Guidus capite de apost. ait de nominibus non est curandum, dummodo res intelligatur.

Ad maiorem intelligentiam huius tractatus, in quatuor partes secab Prima pars, & fundamentum erit de ovis, propter eorum qualitates, & tutes. Secunda erit de digestivis, in qua parte tractabo an vitellus ovi, oleo rosaceo sit medicamētum verè pus movens, per se sine alterius ad torio, vt est terebēthina, oleum Apparitij, nō in quantū tale digestivū, sub ratione digestivi cōmuni. Tertia pars erit de apertura prædictarū he niarū, & remediorū topicorū. Quarta erit, à quo nam fuit inventū oleu Apparitij, & eius facultates.

Ad primā partem accedendo ova de quibus tractabo, non introgredia do penes diversitatē illorū, quod esset in infinitū. Sed ex omnibus elig gallinarum ova, quę constant ex quadā mixtione, vt ait Laguna, c. de ovis adeó tēperata, tam familiaris naturæ humanę, tanti que alimenti, acqu de causa antecedunt, & prȩferuntur omnibus; constare ex quatuor primi qualitatibus colligebatur ex divisione suarum partium.

Fractū putamen, & sisum eius pavimētum, quod primū nobis se offer est albumen christalinum, qualitas eius est frigida, & sica, vt dicit Gal. lib 11. simpl. medic. facult. Gid. in grad. medic. Lagun. c. prop. Anton. de Cruc de cont. c. est visida, & quando dicitur ab Abicen. lib. 2. tract. 2. habere hu miditatē, debemus intelligere de toto cōposito ovili, & non solū de albu mine, quia inter secundas qualitates resultantes ex primis, nulla secunda invenitur, quæ posit resultare ex humiditate, sed solū à frigiditate, & sic citatis, vt est reprecutere, refrigerare, dolores lenire hęmorragias prohi bere, cum siccitate sua resistit fluctiones, cum frigiditate incrasat, cū visco sitate illud quod est divisum, coadvnat, vt sunt solutiones continuitatis, separat vtile ab inutili, vt patet in sacaro: satis est probatū, quod albume ovi sit frigidum, & sicum & nullo modo humidum.

Vitellus prȩdictorum ovorū, eius color est palidus, & ideo á Gal. c. de humori. dicitur colera vitellina, quia vitello asimillatur, est calidus & hu midus, vt profert Gid. de facu. medi. Lag. c. prop. Vega cōpl. de arte med á Cruce c. prop. Daza, de apost. & ille qui minus caloris illi dedit affirma Vergere ad caliditate, & ideo infertur nullo modo esse frigidus, quę lumi ne naturali cognosci possunt: est anudinus, & ideo dolores emullet, cū hu miditate sua humectat, & disponit ad coctionē, cū calore concoquid, dige rit, mundificat, quæ facultates tantū ad coctionē requiruntur, vt infra pro babo. Denique omnes istas vtilitates, vt ait Gal. 13. terap. prȩstat sine vlla aflictione patientis, quia vt ipsamet Gal. lib. 5. aforis. cōment. 53. ait aflic tis non est danda aflictio. Quod cōmuniter commendat omnes authores

artiori

artiori modo,inter intentiones curativas,& ista intentio maiori iure, quia
est causa attrahendi sicut curcubitula excitans difluctiones, atque inflāma
tiones,& multoties accedunt millia errores,qui debent tribui illi applicā
ti talia medicamenta;quę cū sint fortiora attrahunt, et tu existimas id esse
ex vlsceris malitia,auges humiditatē,& virulentiā,& transeunt in putridas,
& æger perit (misser illi qui talia substinct,tanquā captivus in pretio vitæ
suæ) & hoc sæpè sæpius cōtingit,quia nesciunt authores legere, & si legūt
non intelligunt,quod idem est ac nō legere,quæ prohibendæ essent chirur
gis impiricis huius tēpestatis. Et si fortè ab illis responsionem petis, quare
vtuntur talibus medicamentis? Respōdent iā est in vsu, est institutū à maio
ribus nostris? Ve istorum,qui vt ait Arist. 5.metaph. plus diligunt amititiā,
quam veritatem,cum ista duo sint,quæ magis impediūt viā, & cognitionē
veritatis,dimitantur ergó tales amititiæ et timores, quia amicus est Socra
tes,& Plato,sed magis amica veritas;sanctū & dignum, vt ait Gig. c.sing.
est in primis veritatem honorare, & sequentes talem sectā non observant,
quod debent observari,vt cōmendat Gal.lib.3.de locis,vt est regionē, si-
tum, partis nobilitatem , aeremque ambienrē. Et hac de causa medici,ac
chirurgici debent esse præditi quatuor cōditionibus,videlicét literati, ex-
perti, ingeniosi, ac benemorati, & aliquantulum matematici, & ita sciat
eligere bona,& reprobare mala,& est melius vti inventis,quā novis expe
rimentis , sequatur doctrinam dogmaticam approbatā á Galeno per totā
terapetuicam,quæ experimento , & rationi conficitur , in qua investigan-
tur res,& refutantur voces;& hæc de toto ovo,& eius partibus satis est pro
batum,quod totum sit mixtū,& eius partes vna frigida,& sicca; altera ve-
rò calida,& humida,& nullo modo frigida.

Ad secundam partē iam promoveor,& in primis sciendum,quod nullas
operationes rectę,à calore pręter naturali possunt exerceri,quia naturalis,
& præternaturalis opponuntur. Sed calor naturalis exercet operationes
rectas,ergó calor præternaturalis eas destruit;sicut calor naturalis fundat
suam relationē in Ametria, quod est proportio;calor veró præternaturalis
in Simetria,quod est disproportio,sed proportio,& disproportio opponū-
tur,ergò calor naturalis,& præternaturalis opponuntur. Deinde probatur,
quia calor naturalis petit sui conservationē,calor veró pręternaturalis pe-
tit sui ablationem,sed quod petit sui ablationem est morbus lędens opera
tiones,vt constat ex sua diffinitione , ergó calor præternaturalis est mor-
bus,& consequenter lędit operationes naturales.

Veritate supposita,est advertendum, quod ista tria nomina coctio, ma-
turatio,

turatio,& digestio, non differunt in actione, nec in ratione ad terminum, ergó à nullo capite repugnat,& probatur, pro prima parte, quia per eundem calorem naturalem conficiuntur. Pro secunda parte probatur, in ratione ad terminum,quia intentio naturæ, est ad coctionem, differunt tamen poenes diversum modum applicandi: & ita authores tam medicinæ, quam chirurgiæ, omnes istas coctiones præsertim digestionis, tractāt sub capite de maturantibus,& resolventibus,& probatur, quod tantum differant, secundum diversos modos applicandi:& in primis coctio,vt ait Galenus,in libro de arte medendi,cap.88.est duplex, vna propria, altera verò impropria;propria dicitur quę fit á calore naturali,in cibo laudabili,& aliquando cum calore alimenti,vt in Ventriculo,Hepate,& Partibus:impropria quæ fit á calore mixto, in materia mediocri, & hæc coctio convenit apostematibus,& exituris. Maturatio secundum Aristoteles 4. meth. c. 2. convenit fructibus,quando ex arboribus colliguntur,ante præfectam maturationem ad reservandos, si prevenerint, ad debitam perfectionem, dicuntur maturi.Et quando solutiones continuitatis, & vlsera sordida coquntur ad expulsionem sordium,& ad generandam novam carnem, dicuntur digesta,sed omnes istas coctiones præstātur á calore naturali, si est fortis,vt ait Galenus in commentario, quia fortis naturę nil est imposibile, &c.Si est debilis á calore addito,& numquam á calore pręternaturali, ergó coctio,maturatio,& digestio sunt idem, & probatur quod á calore naturali fiant iste operationes,quia sunt bonum naturæ, & conveniens: & quidquid convenit alicui rei,est bonum talis rei, sed tales coctiones conveniunt naturę, & ab ea expostulantur,ergó sunt bonum naturæ, & consequenter,per calorem naturalem consequntur:probatur sic, nullū aliud instrumentum invenitur in natura,ad exercendas suas operationes, nisi calor naturalis,sed istæ operationes expostulantur, á natura,ergó á suo instrumento debent fieri.

Ex propositis constat esse idem,& ideo aliquando vtar hoc nomine maturativo, pro digestivo, & visce versa. Secundum Avicennam fen libri secundi, tractatus primi, capiti quarti, est illa quæ cum conservatione partis retinet humor, vt coquatur á calore mediocri permiscendo, quod est tenue, & crasum, & non separando, vt fit omnis medicina, in qua á prædominio calor pollet, vt in resolventibus, & emulientibus, & terebenthina. (accipio terebentinam, quia de illa est sermo) an per se sola, sit pus movens, Guidus in gradibus medicamentorum, ait esse calidam supra secundum gradum caloris,& sicca supra tertium gradum. Medica-

dicamenta autem maturantia, digerentia, seu pus moventia sunt calida, & humida, quia corpora calida, & humida, parata sunt ad coctionem, debent habere etiam plus humiditatis, quam caliditatis, & per hoc á resolventibus, differunt, qui plus habent caloris, & minus humiditatis: debent etiam habere formas malagmatis, quia per obturationem pororum coqunt, & sic dicitur ab omnibus pus moventia, potius quamtitate, quam qualitate, vt est vitellus ovi, cum oleo rosaceo, quia vitellus est calidus, & humidus, vt supra est probatum, oleum rosaceum, vt ait Gale: l.2. simplicium medicamentorum, cap. 29. est temperatum, membra calfata refrigerat, & refrigerata calfit, & per paulatinam actionem, & reactionem, ex vitello ovi cum oleo rosaceo, redditur forma præscripta, & cum talis digestio fiat à moderato calore, excluduntur terebenthina, oleum Apparitij, & alia medicamenta calidiora: & quamvis in materijs vicidis addantur, per iustam positionem, cum vitello ovi, redduntur tunc digestiva, non per se, sed per accidens, ergó à vitello ovi, & non à terebenthina, provenit ratio digerendi, quia terebenthina potius ex natura sua, est mundificativa, & absterfiva: & probatur dupliciter, quod vitellus ovi, cum oleo rosaceo, sit medicamentum verè pus movens, primo ratione, secundo á quam plurimis authoribus: & probatur à ratione, quia omnia quæ coquntur, á calido, & humido coquntur, sed vitellus ovi est calidus, & humidus, ad similitudinem partis, ergò vitellus ovi, cum oleo rosaceo, est vêré medicamentum pus movens, probatur minor, est amicus naturæ, ergò est similis naturę, ergó est conservativus partium. Probatur secundó, auctoritatibus, prima ex Lusitano á Cruce, cap. de contusione, qui dicit esse digestivum: secunda sit ex Fragoso in vnguento digestivo, non illę qui talia negavit, affirmando vitellum ovi non esse calidum, & ideo non posse esse digestivum, existimans solum à calore posse resultari coctio: tertia ex Andrea ab Alcazare, in cap. 35. antidot. vlserum: quartam accipit Ioannes à Vigo in antidotario, cum suo digestivo, quod conficitur in hunc modum. Recipe vitellum vnius ovi, olei rosacei omphansini vnciam semisem, miscantur, & in immortario plũbi ducantur per horam vnam, oleo gutatim ponendo. Ex isto digestivo infero, per veram illationem, quod vitellus ovi habet plus caliditatis, vt requiritur ad digestionem, quia si esset frigidus frustra ab authore pręcipitur, quod in immortario plumbi trahatur. Plures posim, vt testes istius veritatis adducere, quos trhaule sinco, propter penuriam temporis, & quia ad ostendendam tantam veritatem, solus author vnus sufficeret:

 Sed

Sed vt metas ponam, erit quinta ex Guidone Principe tam medicinæ, quã chirurgię in c. de antras. his propris verbis, vitello ovi cum sale sæpé applicatum maturat, & aperit, & hæc de secunda parte sufficiant.

Tertia pars istius tractatus, quia á principio promissi, non tractare de causis, signis, prognosticis hernię aquossę, quia qui tractat illud quod á multis est tractatum, nullum meretur premium, & cum á tantis, tamqué doctis Doctoribus, tam erudite, tamqué eleganter, ac denique tam diffuso, latoque modo sunt scripta; si ego velinm alia dicere (si fortè aliqua manerent) merito tanquam in sanum essem reputatum; & ita ad intentionẽ devenien do dico, suppositis vniversalibus evacuationibus, quia ante istas nec venire, quidem opoitet, quia vniversalia debent præcedere particularia; & ideo suppositis ad operationem manualem devenio. Circa istã operationem, non de loco nec de forma aperturæ; sed de instrumento aperiendi, tã confusi sunt authores, vt quasi in laberinthio esse videntur, & vt videatis, aliquos recentiam, cum suis sententijs, & quamvis ali vioribus sit incipiendum; ego tamen éconverso á fortioribus incipio, aliqui enim volunt, talẽ apertionem fieri cum medicamento corrusivo, vt est Olerius, quia apertioni, per lanceolam sæpé accidentia superveniunt, etiam Magister Petrus de Orlhiaco, qui in humc modum aperiebat prædictas hernias, caustico, & corrocivo super pectinem, locum apereunt vsque ad didymi cavitatẽ, postea præforando cauda inspicili, vsque ad locum aquæ, eam extreunt. Alij autem cauterio actuali, quia ignis omnem corruptionem removet, & prohibet ne iterum residat. Author Fragosus, & Ioannes Calvus, per incitionẽ factam á lãceola. Antonius à Cruce (com huma lancetinha de sangrar) Abucases repræhendit istos, dicens audacissimis animis est cum ferro apperire. Guidus vt indicisus ait, extrahatur aqua, & fiat quomodocumque sit. Alij autem qui minus á veritate elõgantur cum acu canula. Alij autem, & hæc est vera opinio cum satone, aut siphone, & est expressa á quam plurimis authoribus præsertim á Petro Pasquali, Lusitano á Cruce, Aliabate dicente quemadmodum in anneurismatis, quod est persiphonẽ transmisum: Ab Hipocrat. aphor. 27. l. 6. á Gal. 14. terap. cum siphone, aut setone, & in hunc modum paratur. Forsipibus latis perforatis in parte inferiori vitando suturam scroti vsque ad vacuum, apprehenditur deinde acus longa ignita, in capite cuius est seto, per foramen transmititur postea ex tractis forcipibus, & acu seto demititur, & per discursum curationis agitatur, & mutatur atque dimititur, quousque aqua fuerit evacuata: & sic adimpletur illud præceptum, quod tota aqua subito non evacuetur, &c. Dicet aliquis, posse

posse intra testiculorum tunicas esse aliquis humor crasus, qui per talẽ par vam fisuram descendere non posse. Respõdeo, quod si daretur aliquis humor crasus cõtentus in parte per ablationem aquæ, cum illæ partes sint tã calidæ propter seminalia vasa, facilimo negotio coqueretur, & consequẽter expurgaretur: facta ista apertione, ad topica devenio, ista debẽt esse, vt ait Guid. c. de vulner. frigida, & sicca vsque ad septem dies, inter quos cõsueverũt esse securi á febre, & inflamatione, & vtimur ex albumine ovi, cũ oleo rosaceo, & si addatur vitellus vbi non est magna caliditas non tantũ macularet vulnus: & ad maiorem securitatem melius est vti istis auxilijs supra septem dies, quia possunt supervenire accidencia secundum Legistas, & iudices ad quadraginta, quia est vltimus terminus acutarũ ęgritudinũ: & secundum quatuor Magistros ad quindicim, qui est cõmunis terminus acutarum, & ob hanc rationem dicebat Hipoc. 1. pronost. De melioribus rebus est vti prævisione, & ita saltem vsque ad septẽ dies debemus vti ex toto ovo, cum oleo rosaceo: & si post tales dies nullum accidens timeatur vt vlcus simplex curetur cũ incarnativis, & desccativis, &c. Pro tertia parte sufficiant hæc.

Quarta pars tractatus. Sicuti mercatores habent quendam vlneam lineam ad dimitiendas omnes merces, ita chirurgi nostri temporis habent oleum Apparitij ad omnia genera vulnerum, tam á re incidente, quam à re contundente, quam preforante, tam in partibus carnosis, quam spermaticis, tam in compositis, quam simplicibus, tam in tempore vernali, quam in æstate, non cõsiderando calidas temporis, nec qualitates ipsius olei; quia simplicia componentia sunt calidiora, et sicciora, quale magis, quale minus, & affirmant tale oleum esse calidum in secundo gradu, & sicum in tertio, quod videtur discentire ex illa certa quæstione, ex lib. 1. de generatione, & corructione, in qua probatur per additionem gradus ad gradũ fit maiorẽ radicationẽ in subiecto, & vt certũ nolo afferre probationes, & ideo ad prædictos libros eas resigno. Eius compositio est. Recipe hypericonis libram semisem, valerianę, cardi benedicti virentium ana vncias duas, his cominutis in libras duas vini albi, veteris, optimi, per diem infusis excollatis, et expressis, addantur veteris olei libras tres, tritici mundi puginum vnum, ferveant lento igne vsque ad vini consumptionem, et vbi ab igne separaveris addito terebenthinæ ex abeto, vel cõmunis, libram vnam, et iterum donec rectè cõmiscеantur ferveant, et separatis ab igne, adde thuris optimi impollinem reddacti vntias tres, cum quo iterum paululũ ebulitionem ferveant, et in vitria ampula servatur. Omnes affirmant, et pręcipué

pué à Toletano Fragoso, & pro certo habetur, eius auctor fuisse quendam mulierem coniugem, ex quodam calciamẽtario Fabro; est valde vtilis ad regiones frigidas, & ad omnes nostri corporis partes frigidas, & ad vulnera neruorum, vt ait Guidus, quia habet virtutem perforãdi, & extrahẽdi hi cores, qui congregantur in fundo, & in sinu eorum; & increpans Andres Alcazar, illos qui vtuntur ex illo ad omnia vulnera, ait in hunc modum; nec reticere volui, inter aglutinantia præsidia, illud oleum Apparitij empirici hominis, per totam Hispaniam celebratum, quod (nisi illæ sine delectu ad vulnera omnia, nullaque obseruata victus ratione, eo vtuntur) negari certè non potest, quin aglutinandis neruorum, & alijs vulneribus primaria intentione insigniter præstaret, sed sine victus, nec vulnerum discriminum, nec sinthomatum ratio habenda esset, maximum quidem arbitror diliriũ; oleo illo curare. Et quando illo debemus vti, si vtimur plus quã necesse est, vt ait Doctor Christopharus de Montemaior, curationes prolongãtur, plus quam si curarentur ab aliquo Benedictore, quia isti cũ lintheis sollis mundis curant, alij ècontra; ergó debemus vti quodam medicamento habens tantam virtutem, vt quando volumus dolores lenire, lenimus, vnire quod est disiunctum, vnimus, coquere, coquimus, digerere, digerimus, mundificare, mundificamus, prohibere, prohibimus, desicare, desicamus, vt ait Ioannes Thagautio, totum ovum desicat, & confortat; & Marianus Sanctus, ait illud ex Guidone pro lamina plumbea, cuius virtutes novit illæ, qui nihil ignorat, &c. Nõ possunt alia dicere, quia vocatus sum ad typographiam: & sint omnia quæ in hac Apologia continentur, ad laudem Sanctissimæ Triados, Virginisque Mariæ conceptæ sine labe peccati originalis.

Bacalaurius Petrus Mendez de Lacu.

SAT SITO, SI SAT BENE.